



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Nicolaus Tolentin. Conf. 10. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62968)

vel diffimulat, vel tegit si potest vel excusat: Nonne in
festucam vides in oculo fratris tui, & in tuo non vides tra-
bem? Castitas quoque cæca est; claudit enim oculos,
ne mors intret per fenestras.

2. Est cæcitas vituperabilis affectuum amoris &
 iræ. Cæcè amamus; nimis multi sunt exoculati Sam-
 psones; Nec prævident suam infamiam, nec animæ
 ruinam. Excæcant etiam amor consanguineorum &
 auri cupido: clama cū cæco. *O Domine ut Videam.* Luc.
 18. Iræ quoque affectus obscurat rationem, ut cæco
 furore multa agamus: igitur ne statuas quidquam si
 iratus fueris. *Jam te* (inquirebat Architas Tarent)
occiderem nisi iratus essem.

3. Est cæcitas execrabilis peccatorum, qui amil-
 so per peccatum lumine divinæ gratiæ *tota nocte labo-*
rantes nihil capiunt: O quanta cæcitas! *Si omnia egero,*
& charitatem non habuero nihil sum, & nihil mihi pro-
dest. S. Paul,

S. NICOLAUS TO- LENTIN. CONF.

10. Septembris.

Ego enim didici in quibus sum suffi-
ciens esse. Scio & humiliari, scio &
abundare, & in omnibus institu-
tus sum. Paul. ad Philip. cap. 4.

Sep.

Septennis NICOLAUS solenne deinceps
 Shabuit, tres in hebdomade dies, inter-
 que eos illum etiam, quem Virgini dicamus,
 pane cibario & fontanâ victitare. In Canoni-
 corum deinde collegium ascitus, cùm illa pro-
 concione D. Joannis audisset (*Nolite diligere
 mundum, neq; ea quæ in mundo sunt*) quasi uni illi
 dictum esset, extemplò ad eos Anachoretas
 abiit: quì D. Augustinum æmulantur. Ibi
 facilè ostendit, quàm Mundum Mundique
 omnia odisset. Sacerdos ubi primùm litare
 cœpit, è piacularibus flammis umbra adfuit,
 abduxitque ad immania tormentorum erga-
 stula. Ibi simul hæc, simul sociæ umbræ o-
 mnes patronum sibi NICOLAUM legerunt;
 pro quibus cùm ille ad aram aliquoties dixis-
 set, partem longè maximam à suppliciis absol-
 vit. Sub hæc cùm eum aliquis à Religionis
 amore abducere & mundo iterum conciliare
 pessimè conciliatus adniteretur, surdum sci-
 licet reperit. At faciles aures invenerunt è
 coelo vates, qui obiturum feliciter NICO-
 LAUM Tolentini cecinerunt. Eò enim ocyus
 abiit, stellâ duce, quæ ibi demum constitit,
 ubi tumultus postea fuit. Morituro jamjam
 Christus cum Matre & D. Augustino obvius
 venit, cùm sex ante mortem mensibus quo-
 tidie

tidie sub noctem Angelorum concentus au-
disset, manifesto indicio, quàm non lon-
gè à coelo abesset. *Ex Surio,*

MEDITATIO.

*Modus in quolibet vitæ genere
feliciter vivendi.*

1. **I**N quavocatione vocatus es in ea hilaris permane.
Noli imitari quosdam miserioris naturæ homines,
qui suas calamitates fucatae aliorum felicitati assidue
comparant. Voluit Deus ut hunc vitæ statum ample-
ctereris. Tua tibi fors placeat: acquiesce Divinæ vo-
luntati: lætare in Domino semper. *Cognovi inquit
Salomon quod non esset melius nisi lætari, & facere bona
vita sua. Eccles.*

2. Ne plura concupiscas aut naturæ aut fortuna
munera, quàm habeas: Deus bonorum est largitor
æquissimus, forsitan acutius ingenium, robustius
corpus, pinguius patrimonium exitio tibi fuisset,
non opes, non scientiæ, non dignitates, & alia id
genus vitæ præsentis bona hominem felicem effi-
ciunt, sed possessio Dei, in quo solo sunt vera bona.
*Non divitia, sed Deus felices facit, qui est mensura vera
opulentia. August.*

3. Esto contentus tibi concessis in statu gratiæ bo-
nis, neque plura cupias anxio & perturbato animo.
datis utere & Deo feceris satis. In primis ut conten-
tus vivas, memento peccata tua infernum meruisse,
& assiduis fletibus elue delicta tuæ juventutis: nam
vera compunctio gratiam & lætitiã parit, & pœni-
tentiam

tentiam lacrymæ peccatorum voluptatibus sunt longe suaviores.

S. THEODORA PŒNITENS.

II. Septembris.

Dico vobis quod ita gaudium erit in cælo, super uno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta novem qui non indigent pœnitentiâ. Luc. 15. cap.

Vlruman foeminam spectâsse te, Lector autumas? utrumque, si mihi credis. Nam foemina, puto, fuit THEODORA, cùm lapsa est, vir, cùm surrexit. Id te vita docebit. Tenebat illa matronas inter Alexandria principem locum. Sed ex hoc Lena eademque Venefica turpiter dejecit, cùm quæ sol occidens non spectat scelera, impunè perpetrari suavit, itaque adulterium persuasit: ac si unum solummodo coelum oculi haberet & media etiam in nocte Argus non esset. Vidit ipsa THEODORA crimē, cùm primum Lux animo oborta est, & quò ruborē absconderet, cœnobio se abdidit utq; viros effugeret, inter viros
virum